

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

Quomodo Ascensio Domini absoluta, præcipuaq[ue] sit festiuitas gaudio  
plena. Ser. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

nos fuerint, & eiecerint nomen nostrum tāquam malum propter filium hominis hoc est, si despixerint nos, subsannauerint nos propter cultum rustici & pietatem: nos sequestratos à communione eorum lollardos, hypocritas seductores, lupos & cæteris id genus nominibus probrosis cognominamus. Septimus gradus est, quod descendit de pulchritudine in deformitatem. Si quidem speciosus forma p̄filijs hominum, & candor lucis eterna, & speculum sine macula, factus est velut leprosus, humiliatus & percussus à Deo, unde non erat tempore species neque decor. In hoc gradu cum Christo descendimus, si homines placere non appetimus, si curiositatem, &c. vt Bernardus nominat, forem honestatem fugimus, si sanctam simplicitatem atque rusticitatem diligimus. Octauus gradus, quo descendit de gaudio in tristitiam, de requie in labore. Certè qui non tam habet in se lætitiam, quam ipsemet lætitia est sempiterna, in cuius dextera delectationes usque in finem, propter nos laborauit sustinens, anxiatus, conturbatus & tristis factus usque ad mortem. Conformamur quoque in hoc, si gaudio temporali sponte omni renunciauerimus, si ubique rennat consolari aut quiescere anima nostra extra Deum. Si tristitiam denique quamlibet, atque spiritualis consolationis subtractionem forti & plena animi resignatione supererimus. Nonus gradus est, quo de vita descendit in mortem. Ipse nanque quam sibi nemo poterat collere, vltro tradidit in mortem animam suam, qui est vita nostra viuificans. Conformamur hic eius, si ita nobis ipsi in omnibus morimur, ut iam non ipsi in nobis viuamus, sed Christus: si ubique & in omnibus Deum querimus, vt ipse sit nobis omnia in omnibus. Decimus gradus, quo descendit de morte crucis ad lymbum. Conformamur etiam hic ei, si quantalibet perfectione præmineamus, aut quibusvis utilibus aut nobilibus exercitijs occupemur propter charitatem unius aut necessitatem proximi, etiam ad infima & vilia descendimus: si Deum, propter Deum, hoc est, propter proximorum necessitates, quas Christus suas estimat, ad tempus relinquimus: si tamen relinquimus, cum hoc non fit Deum relinquere, sed magis inuenire. Ecce charissimi fratres, hi sunt decem gradus, quibus sol iustitia Christus Dominus noster humiliando descendat, & hodie ad Patris dexteram exaltatus, gloria & honore coruscus, lætitia & exultatione plenus redit, hoc ipso nobis perfectam salutem reparatam denuncians, ac veluti signo quadam infallibili æternam nobis beatitudinem promittens. Ad quam nos perducat ipse idem Dominus Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto sine fine benedictus viuit & regnat, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo Ascensio Domini absoluta, præcipuaque sit festivitas gaudio plena. Sermo VI.*

Ascensio  
Christi cur  
alias eiusdem  
solemnitates  
excellat.

**D**ominus quidem Iesus postquam locutus est discipulis suis, assumptus est in celum. & sedet ad dextram Dei. Marci ultimo. Inter omnia penè sola charissimi fratres, quæ de Salvatore nostro agimus, quod hodie celebramus, præcipuum videtur (quo post omnes labores passionesque consummatas omnibus in gloriam suam intrauit) ut pote maiorem habens fellatio-

rationem & gaudendi materiam vberiorem cæteris, quæ de redemptore nostro perhibentur. Nam alia cùm fermè omnia non nihil habeant vel mero-  
ris vel imperfectionis adiunctum, hoc integrum simul ac perfectum exhibet gaudium idque omnibus commune. Festum nanque dominicæ Nativita-  
tis quamnis celeberrimum sit nec minus iucundum, habet tamen quæ non  
gaudendi tantum, sed etiam compatiendi dolendiq[ue] præbeant occasionem,  
vt in fantis lachrymæ paupertas, teneritudo, virginis quoque peregrinæ ve-  
recundia, & (vt plus addam) huius nativitatis necessitas, hoc est, peccato-  
rum nostrorum enormitas. Pro quibus abolendis necessarium fuit mortalis  
vitæ miseria filium Dei amplecti. Deinde in Circumcisione, Apparitione, il-  
latione quoque eius in templum, quam non sit sola lætitia, perspicuum est v-  
nicuique gestorum ordinem penitus consideranti. Porrò resurrectionis eius  
solennitas, quanquam nihil habeat tristitia, gaudij verò plurimum: quam-  
diu tamen ad Patris dextram sessurus non ascendit ad celos, quamdiu no-  
stram naturam cœlis non inuenit, quasi imperfectam etiam hæc solennitas  
habuit exultationem. At quæ hodiernum diem venustat Domini ascensio,  
non modo cuncta habet festiva, verum etiam omnium, quæ Christi sunt fe-  
storum consummatio est & finis. Quæ Christi sunt, dixi. Pentecoste enim a-  
liqui iucundissimum festum, magis nostrum est, quam Christi.

Denique ad hodiernæ festivitatis præconium accidit lætitia, vt dixi,  
multorum communis. Siquidem Christo ascendi, quamlibet maximè,  
non tamen soli, sed etiam omnibus, qui ab ortu mundi ex hac luce demigra-  
uerant, sanctis Patribus, Patriarchis, Prophetis, & electis omnibus à pecca-  
tis suis purgatis dies hic festus dedicatus est: quandoquidem ante hunc diem  
nemo Sanctorum illorum, hodie verò omnes cum Christo cœlos ascende-  
runt. Prout si magna festivitas Petri, si celebris Laurentij, aut cuiuslibet  
alterius, cur omnium Sanctorum, qui ante Christi dormierunt ascensionem,  
non magna simul vna sit solennitas, quorum vnius diei est triumphus & af-  
fensus in cœlum? Adde iam, quod huius lætitiae nullo modo beatam Mari-  
am credere debemus exortem quæ carnem suam, hoc est, filium suum inter  
millia milliū angelorum triumphantem cum in numero Sanctorum exerci-  
tu vidit ascendentem in cœlum, vsque ad Dei Patris confessum: tanto ex hoc  
gaudio perfusa, quanto forsitan ante hac nullo. Cæterum de angelis quid sen-  
tiendum? Num illis hodie festum non est? Imò nunquam maius fuit. Nam  
qui super uno pectore penitentiā agéte tātopere gaudet, nunq[ue] cū soli iustitiae, Angelorum  
cū sanctis Sanctorū ad cœlos victor ascenderit, quando ad dextram Patris gaudium  
collocandus Dei filius aduenierit, totis viribus non exultabunt? præsertim exulta-  
tionem ruinas exercituum suorum non parum restauratas, & vacuas sociorum  
sedes omnes etiam implendas abinde cernerent? An qui vel vni sanctorum a-  
scendi in cœlum occurruunt hymnis & laudibus congratulantes, quando  
rex suus, quando cœlestis curia dominus, imo coelestium, terrestrium &  
infernorum, cum cœtu Sanctorum innumerabiliter aduenit gloriosus, festum  
non statuunt diem? Olim quando descendit (siquidem ipse est qui & ascen-  
dit) ærumnis nostirs absque peccato susceptis, hoc est, quando in mundum  
intravit ex Maria natus infantulus, nonne mox ei adfuit multitudo cœlestis Ephe 4.  
exercitus laudantium? Multo igitur magis hodie credendus est, ne vñus qui-  
dem

Lucæ 2.

Ibidem.

Luc. 14.

Gaudium B.

Marie in

Ascensio

filii sui quā-

tum.

Lucas 15.

Angelorum

que.

Ioan. 3.

Lucæ 2.

dem defuisse angelus, qui regi suo nō occurreret, plauderet, iubilaret, psalmeret, tripudiaret. Certē nos vermiculi Carthusiani nouum regem, hoc est, nouum super nos Priorem suscipiendo, totum diem gaudio dedicamus. Nō ergo dubium, festiuā & gaudijs plena cuncta fuisse agminibus angelorum, si regem suum, cretorem suum, dominum Sabaoth primo susciperent, & si palatium ac thronum introducerent: dum simul etiam ex humana natura numerosus ascendentium comitaretur Christum exercitus, quandoquidem

**Cur magna** (vt dixi) vacuas laplorum repleret sedes, & ruinas restauraret. Quapropter nihil super est nunc, quam vt etiam nobis festum hoc persuadeamus migra-  
festum ho-  
diernum  
nobis cele-  
brandum sit

lætitia celebrandum præter alia, sumentes exultandi rationem, quod hodie nobis coeli porta reserata est. Hodie ascidente Christo via ad patram (si

quam creati sumus) nobis præmostrata est. Hodie natura nostra in Christo

mirabili dignatione super omnes cœlos exaltata est. In quo adeo genuis-

strum vniuersum est honoratum, vt etiam angelis omnibus perinde fieri

Gaudiū verū venerabile. In hac igitur celebritate quoniam vna omnium est lætitia, con-

quod sit.

ne nobis charissimi fratres sit gaudium, sed gaudium verum, taleq; quod de

creatore, non de creatura concipitur, quod non voluptate aut risu, sed cos-

cientiæ puritate souetur. Si itaque, vt verbis Vtar Augustini, redit, si fiducia

Quomodo si sancte Ascensionem Domini celebramus, ascendamus cum illo, & sursum

nobis spiri-  
taliter as-  
cendum si, quippe qui eleuatus est, vt nostra post se desideria traheret, ne quæ super ter-  
ram sunt, quæramus, sed nostra conuersatio sit in coelis. Ad quod sane confi-

Puritas cor-  
dis quam sit quendum cordis puritas admodum est necessaria, quam tamen frustra op-  
rat, quisquis vitia, passiones, desideria non modò noxia, verum etiam iniur-  
necessaria, & quō deti-  
lia, & affectus pereuntium rerum in se non curauerit mortificare. Nam vita  
neatur.

Immori-  
catio quan-  
da germinet  
mala.

Si in animo mortificata superbia, quem

grauabit sui contemptus? Sit eradicata inuidia, quem constringabit aliena felicitas. Tolle vanam gloriam, nonne cogitationum verborumq; fastus perbi-

Tolle ambitionem, quanta mox pro honore auferetur solicitude? Non ita

vel avaritia vel curiositas, nonne mox tot laboribus, tot impensis, tot deni-

que curis parcere licebit, quibus modo quærimus, siue quod sensum delo-

cat, siue quod concupiscentiam non tam extinguat, quam refricer? Omnia

iraque fratres charissimi, omnem hanc inquietudinem, quam patimur, fa-

cit quod concupiscentijs nostris non reluctamur, nec desideria frangimus,

quantoque plus nobis indulgemus, tanto infirmiores, & (vt ita dicam) con-

cupiscentiores reddimur. Nam quanto desiderijs nostris satisfaciendo pacem

quærimus, tanto eam longius propulsamos. Si quidem (vt dixi, & sep-  
tember di-  
cendum est) pax atque tranquillitas cordis, non obediendo passionibus, sed

renitendo, retundendo, & diutino tandem exercitio superando conqueritur.

At si omnibus cogitationibus patere cordis ostium volumus, liberumq;

nō modo ingressū, sed etiā regressū & transitū permittimus, si quocunq; pa-

dionū vel desideriorū fert imperus, sequimur, hoc est, quando concupiscentia

dicit: Bibe, bibimus, cū dicit: Pete, petimus: vade, imus: loquere, loquimur,

præter delicta, quæ in eiuscemodi subrepere solent: nonne clamantium vo-

ces, disputantium tumultus in cordibus nostris nutritimus, & infirmiores in-

dit

**Pax vera**  
quō acqui-  
satur.

die reddimur? Et quæ inter hæc potest esse siue pax, siue puritas animi, præsertim cum non semper quod desideramus, euenerit, sine pace verè gaudium dici potest? O si quis de nulla re pro qua Deo rationem non est redditurus, animalium occuparer, nihil quod ad ædificationem spiritus aut corporis necessitatem non pertinet, quereret, desideria & affectus inutiles nequaquam seruiendo, sed non audiendo compesceret, ille profectò in se pacem, & in pace Christum inueniret, ille ascensiones, non euagationes in corde suo dispone- Psal. 29.  
ret, in valle modo lachrymarum, donec pertingeret ad montem gaudiorum, ductore Iesu Christo, qui hodie præcessit & sedet ad dexteram Patris qui est benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo non habendo pacem externam, de pace interna gaudemus.*

Sermo VII.

**O**portuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Lucæ vltimo. Ascensionem Domini hodie solennitate festiuæ celebrantes, id agimus charissimi, ut quo Christus caput nostrum præcesserit, nos qui eius membra sumus, sequi & desideremus & speremus. Quemadmodum namque omnia corporis nostri membra unionem habent cum capite, sine qua putreficerent, membrorum esse desinerent, ita nos si Christi sumus membra, capitii nostro debemus cohaerere. Nouimus autem caput nostrum hodie assumptum in cœlum, sedere ad dextram Dei. Siquidem præcursor introiuit pro nobis, iter pandens ante nos si sequi delectat. En huius itineris normam ipse idem discipulis in specie apparens peregrini manifestauit: Oportuit, inquiens, pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Intravit planè gloriam suam Christus: Phil. 2. sed primum oportebat eum pati. Ecce viam. Exaltavit modo illum Deus, & de- Ibidem.  
dit ei nomen quod est super omne nomen: sed propterea quod ante humiliauerat se-  
me ipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quocirca cum duo, ipsaq[ue] diuersa de Christo legimus, non alterum sine altero, sed utrumq[ue] debemus amplecti. Verum omnes quidem homines desiderare participes ac consortes fore gloriae Christi nulli dubium est (quis enim non cuperet esse beatus) non ita tamen comites esse itineris, sociosq[ue] passionum. Quemadmodum enim felicitatem nemo est qui non exoptat, ita viam ad illam, ut pote arctam & duram, pauci non horrent. Veruntamen qui dicit se Christi esse, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare: atque qui membrum eius voluerit haberi, ab eodem nusquam diuidi, nunquam debet illum non imitari. Matt. 7. 1. Ioan. 2.  
Sumus enim cuncti milites Christi: militia quoque & tentatio est vita hominum. Iob. 7.  
super terram. Cuius militia dux & vexillifer Christus, qui suos præcedens: Militia Christianæ  
Qui vult, inquit, post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam & se- signifer Christus.  
quatur me. Huic militiae quotquot dederunt manus, per multas tribulationes transferunt fidèles. Proinde considerandum, quid de seipso prædictit Christus: Luc. 9.  
Oportuit, inquit, Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Passus est profe- Iudit. 8.  
ctio, sed in Hierusalem. Intravit præterea gloriam suam cœlos ascendens, id est Hierusalem  
ex monte Oliveti. Videamus utrumque. Fortasse non nihil hic nobis innuitur. quid inter-  
pretetur. Hierusalem est ciuitas pacis, sic enim interpretatur. Fuit etiam persecu-